





D. 6. 16

Gesels. & Georg. F.  
N. 13.



Commentariolus Annalium He-  
rulozum, siue Megapolensium





¶ Valentino Stoientinio, equesiris ordinis uiro, & iurisco  
sulco clarissimo Nicolaus, Marefcalcus, Thurius, S D P.



Quum ex Vangionum urbe, in qua Carolus ille noster,  
caesar romanus, aetate superiore comitia in principum  
delectu amplissimo agebat, tu Valentine dectissime,  
una cum duce Boosilae, principe Sidinorum illustri,  
& inter Germanos: poene omnes altero ueluti Hectote  
Suerinum redires, forteque ibi fortasse Herulorum anna  
les offederes, uehementer placere eos tibi, ni fallor, praedicaſti, ac magis  
etiam placituros, si quae uel in eis recondita, uel subobscura, comenari  
lo illustrarentur. Polliceri me memini epistolio tibi loca nonnulla anno  
taturum. At libellus ex eo, ut uideo, excreuit. Non enim non potui,  
non uiro eleganti, nobili, & antiquitatis uniuersae obseruantissimo offi  
cio eo, quantumcunque succedat. Quare scholium hoc, id est diffi  
cilium interpretamentum dicaui tibi, qui inter tuos primatum facile  
tenes, academiae Gryphosiluanae iuriconsultus consulissimus, & ora  
tor inter Harios, comprouinciales tuos clarissimus. Sunt uero Harii Po  
merani illi tui. At Harios Tacitus Cornelius scutis quondam usos ni  
gris testatur. Tu uero illud natale non furuum a Stoientinis maioribus  
tuis sed illustre acceptum non offuisti usquam, uerum illustrius etiam  
reddidisti, ut si clari etiam non fuissent illi, ut omnino fuere, uel a te  
initium sumerent nominis, & memoriam. At de hoc a tibi pluribus.  
Comentarios eos quantum potui breuissimos absolui. Laconicos esse  
uolui Ita faciles concepisti ut infra forte dignitatem, si qua est, mean  
deantur, nimirum qui linguam plerumque teutonam admixtam habe  
ant. Peruicit amor tui. Accessi non ostentator, uerum ut simplicissimus  
apertissimisque enarrator. Quis ita nepe ut propter me tibi caeteri gra  
tificentur. Aut didactos enim arbitror fore lectores oes in uniuersum  
& rei huiusce multoquam facillime eruditiores. Nihil quod annalibus  
ipsis non reperitur adsciuisti, nihil omnino obscurum interpolasti. Effu  
gi pcul quod Aurelius abhorret Macrobius libro de Sono Scipionis  
septimo. Nam in re inquit naturaliter obscura, qui in exponendo plu  
ra quam necesse est superfundit, addit tenebras, non adiuuit densitate.  
Verum enim uero antiquis inquis uteris? Veteres in lucem reuoli, ue  
teribus uti necessum, ac antiquis, caeterum non antiquatis, fecique ut eo  
nomine in ueteribus seruaretur antiquitas Vale bellissime, cum Do  
rothea, coniuge tua uenustissima, & haec nostra susque deque ferto,



que quamuis parua ac minutula, si ad annales tamen respexeris haud  
ita contemptim accipientur, quum & ad alia pleraque non prorsus in-  
utilia. Datę ex museo nostro Rhostochiano pridie Calendas Januarij  
as, Anno M. D XXI.

Que a littera A incipiunt



Brones, delicati. Abrodietı, uite molliuscule, mollicu-  
li, uerzogenleute. Accarum, turbs Cilicum, siue terra  
fatalis, nūc Cęsarea romanis. Acratoposia, potus me-  
races, regum, principum aut diuitū sollennitas, qua  
pocula uaria adponuntur. Adepagus, uorator, Teu-  
tonis, eyn schlugger, ein schnurer. Adiopi, sine rege,  
principe, aut domino, quique pro arbitrio suo uiuunt.  
Diopi, uero reges sunt authore Eschylo. Adiurati, deuoti, Adiuras-  
tissimi, deuotissimi. Deuouere uero est sese rei cuiusdam dedere. Ad-  
uatici, Gallorum populus, qui nunc uulgo Hannonii, Teutonis Hon-  
gauer. Alani, olim erant ubi nunc Poloni, pauloque etiam in Alanos  
montes remoti, Teutonis Alaner, qui uagi cū Gotis, Goti alanis in  
Hispania nomen dedere, qui romanis Tarracenses, Teutonis Cha-  
telonier. Albanactum, regnum unum Britannorum, siue Albionum,  
uulgo Scotia, Teutonis Schotland. Alistus, urbs Megapolensiu, au-  
thore CL. Ptolomeo, que uulgo Parchunum, ab idolo quod ibi quō-  
dam colebatur, Teutonis Parcheym. Alites, interanea producta, po-  
pulus Thuriorum, cuius meminit Apollinaris Sidonius, Teutonis  
Hartzlender, Hainliter. Aminopolis, urbs Digulonū, hoc est Otfaci-  
orum, a Ioue nomen sortita, quem Caroli illius magni tempestate ibi  
colebant, a qua re uulgo Hamburgium, quam urbem CL. Ptolome-  
us Treuam nuncupat, a qua Treuatiı, Ammopolitani, Hamburgens-  
es. Angruarii, inter Rhenum ac Visurgim, ducatus olim celeberr-  
mus Saxonum, Teutonis Engern. Nunc sepe pro Isteuonibus omni-  
bus, hoc est Vuesphalis accipiuntur. Annales, libelli quibus annorum  
singulorum acta gestaue comprehenduntur, quemadmodum ephes-  
merides dierum singulorum, quo nomine romanis quod barbaris Al-  
manachum. At calendarium mensium singulorum acta tenet, ut ē au-  
thor etiam Scęuola, iurisconsultus, libro digestorum de Statuliberis.  
Sed & Anneus Seneca Calendarium inquit uersat sit ex domino procu-  
rator. Antheri pars Thracum. Antes, & Antliı, populus Pomerano-  
rum antiquus, teste Iomande ad Castalium, quorum urbs Antliū, teu-  
tonice Ancgelheym. Apheteria, machine omnes generatim ad obsi-  
dendas urbes. Apastia, ieiunium. Andria, sunt syssitia, ac phiditia, hoc  
est comessationes. aut eoz loca, ac conuentus in quibus epulatores ac  
potores conueniunt, & ubi uoluptas



Sunt uero andria peculiariter uiriles sodalitates, quibus symposiis gregari ac peregrinari uiri solent, a Cretenlibus instituta, Minoe rege in Creta, & ante in Italia ab Enotricis rege, quibus meminit Aristoteles libro Politicorum septimo. Vnde Andronitis apud reges & principes loc' ille in quo uiri ac non femine sessitant, Teutonice in Rittersrobe, Phiditia uero peculiaria sunt Spartanois, hoc est Lacedaemoniois, teutonice zuffe schuttzūg. Aordus, nomen apud Vandalos propriū, cui' loco nos steruli Ordo. Aquegranie, a Grano sunt Neronis germano nuncupate, quod loci eo forte fortuna balneas calidas repperit, a quibus thermis grammaticianū Aquisgranū nuncuparunt, quae CL. Ptolomeo Vegerra. Artorichii, Helforū populus, qui a quercubus Saronici, uulgo Eichfeldenses, quorū Tudrostadium, Argyrocopiū locus in quo numi conduntur, gazo phylacium, granium, corbona. Ascanii, principes perinde ueteres Germano, ab Ascanio Eneae filio nomen sortiti, qui Teutonice die fusten uon Anhald, quorum urbes Ascaniū, teutonice Ascherliebē, ac Ceruesium, Cerbest. Ascie sunt runcine, aut ungulae illae quibus malefactoribus carnes a corpore diripiuntur, id quod Flores Tertullianus ait notauit. Asotie, sunt uoracitates. Asotus, uentriosus, in fetbuch. Asylum, domus libertatis, profugium, securitas. Attalanica, uestimenta pretiosa, ab Attalo Pergami rege. Atuatice, sunt Brabantini, quorū Atuantum apud CL. Ptolomeum, quod Antuerpia. Athloii, athletarum premium, teutonice uerdienst, roem, dange. Atrebates, inter Gallos uulgo Picardi Auares, populus olim Panonum, hoc est Hungarorū, qui inter Boioarios nunc, ac uulgo Bauari. Bauari uero Boioarii sunt dicendi, teutonice Beiern, Norici oberbeiem, ader Norcauer. Autor gus, qui per sese cuncta agit, ac disponit. Axiologus, in quo auctoritas complurima.

Quae a B littera incipiunt.

**B**abylon, urbs una Egypti, quae & Memphis, nunc Alcasyrum. Altera Assyriois. Batauus, uulgo Hollandinus, cuius populi meminere Cornelius Tacitus, Lucanus, Martialis, ac alii. Bagnisus, fluius qui ambit a latere una Luconios, hoc est Lubecanos, teutonice die Vuagnitz. Belga, est urbs quae Treueris, Treueri uero sunt qui circūcirca habitant. Belus, ianua limen, aut liminare, cui contrariū superliminare. Bardi, populus proxime Megapolenses, Bardirer, quorum caput Sumnonia. Bastarnae, ultra Pannones incolunt, Teutonice Duffern. Betica, olim Ilipula, nunc Granata, regnum Hispaniarum unum. Bethasii, sunt Traiectenses superiores teutonice Maseriechter. Nam inferiores Vtrechter dicuntur. Bissalte siue bissulte, ut appellant nonnulli, inter Sarmatas, teutonice Feiltartem,



que meminit Vergilius libro Georgicon tertio. Biffalte quo more le  
ues, acerque Gelonus Quum fugat in Rhodopen, aut in deserta Ge  
tarum Et lac. concretū cum sanguine potat equino. Blenni, stulti, mos  
ri, fatui, Boarda, machina ad demoliendos muros, ein buchse, Brepho  
trophii, locus in quo pueri expositi aluntur. Nam  $\beta\epsilon\epsilon\phi\epsilon\sigma$  puer est,  
Quare legendū brephotropheum non brephotrophii. Bructeri sunt  
Boruscj, CL. Ptolomeo, qui nosterculus Pruteni, uel Prussi, qui & Chu  
nigardi, ac Chuni, a quibus Chunibergium, quod mons regius a cos  
mographistis. Brysani, sunt Brandoburgēses Marcomanarum, quor  
um urbs Bryza, annalibus Vandalicis. Brizanoua Megapolensium  
Neubrandēburg. Brunopolis a Ptolomeo Tulisurgiū, Teutonīs Brū  
suuig. Bucephalus, caput tauri, ochsenoph, insigne ducū Megapo  
lensium. Butes amalius Veneris, e quibus prognatus Erix.

Quę a C. littera incipiunt.



Hauci, qui & Caici, nonnullis Chaibi, populus Saxonū i  
ter Visurgim & Rhenū, Teutonīs Stiechtgenosen. Catif  
chi Chatti sunt, uulgo Lusatii, Lusenitzer. At a Chattis  
gentes multę germanicę nomen traxere. Caibi, pars Sar  
matarum. Calastri, pueri illi qui uoculis concinunt uariis,  
nosterculus Figuristę, Calliopedes, erudituli, scioli, qui ipsos se pre sci  
entia admirantur. Canonii, collegium canonicorum, quod a grama  
tistariis ecclesia collegiata. At pluratiue canonica sunt nauii pauimeta  
superiora, quę cataphracte, & catastromata, ac  $\sigma\tau\rho\mu\iota\delta\epsilon\sigma$ . Cathar  
mata, sunt expiationes, expurgationes. Causam ex uinculis dicere, e  
cōfiteri in tormentis. Carnificina, locus torture, aut tortura ipsa. Cens  
trones, sunt coruiciatores. Chatti, nūc Lusatii. Cherusci, nūc Schlesi  
tę Chuni Appollinari Sidonio. Bructeri, uulgo Pruteni, Ptolomeo  
Boruscj. Chorales, inter musicos, Schalmeier. Cimber est Danus ein  
Denmerger, testibus authoribus plurimis. Cimbrica Cheronesus,  
est peninsula Digulonū. Nā Digulones sūt CL. Ptolomeo O tfacii,  
qui a Barbaris immutatis litteris O Isatii, annalibus Vandalicis Vagis  
ti, quorū urbs antiquissima Colonia antiqua, uulgo Aldenburgiū, ubi  
quōdā episcopatus, nūc comitatus insignis. Cimmerii, Meotici, inter  
Sarmatas, ubi & Getę siue Goti quōdā, a quibus Cimmerię tenebre  
diuo Hyeronimo. Circipeni, populus Megapolēsiū, qui secūdū Pce  
nū fluuiū accolūt. Cilicia est prouincia Solymarę. At Sicilia Italię. Cis  
sinum, uicus Megapolēsiū, haud ita procul Rhostochio, qui teus  
tonīs Chissin. Nam qui nunc Rhostochienses ante Cissini, hoc est  
Chissiner, nuncupabantur. Clostra, loca in hastiludiis ut ap  
pellant, quę clathris includuntur. Codanus, sinus maris



maris Balthici, teste Plinio, a quo Codanavia urbs, quæ barbasculis  
 Hafnia, Teutonis Coppenhagen, caput Danorū. Colancom, apud  
 Ptolomæum, urbs Megapolenium, quæ uulgo Fredeladia. Cocytia,  
 festa ac ceremoniæ Bonæ deæ, a Cocyci aue, quæ cuculus, quasi festa  
 maialia, de quibus Flaccus O rarius Inultas ut tu riseris Cocytia uul  
 gara sacrum Liberi Cupidinis. Colbasiū, atriū monachorū inter Pome  
 ranos, Colbatz, Colaces, sunt adultores. Crepundia sunt fasciole, &  
 alia quibus in cunabulis obligantur infantes. Vnde egredi crepundiis  
 est exire infantis tempus, Cryptoporūcus, crypte, loca subterranea,  
 teutonis ein croffr. Cterismata, parentationes, teutonis begengnis,  
 sacra mortuorū, e quibus enata, nonz ciracontade, tricesime. Cysto  
 boci, Alanorū populus, iuxta Gylliones, qui & Costobaci, aut Costo  
 baces, inter Sarmatas, siue Polonos, ut est author Amianus Marcel  
 linus libro uigesimosecundo, a quo non dissentit Iulius Capitolinus,  
 in Pio. Sed nec Eutropius. CL. Ptolomæus iuxta Sidonos collocat.  
 Gepidas recte nuncupauerimus, quorū Gepudium olim, nunc Sepusi  
 um, in uersis litteris Siebenburge, Heptapyrgi, qui & Metanastæ Pto  
 lomæo, Vergilio Iaziges.

Quæ a D littera incipiunt.

**D** Acū cosmographistæ esse uolunt qui Cimber, siue Danus  
 quū sit Dacus Valachus, Dacia, Valachia, iuxta Pānonas  
 hoc ē Hūgaros. Danus uero a M. Antonio Sabellico Da  
 nus dicitur in Enneadib<sup>9</sup>. Diadema, fascia cādita loco coro  
 nę inuentū Liberi, quam reges in capitibus, stulti nunc & amatorculi  
 in cruribus portant. Differtum, plenū, authoribus, O ratio, floro. At  
 sufferta interfusa, illustrata, ut est testis Seneca libro questionū naturali  
 um primo. Diagramma, datio quæ imponitur ciuibus, aut rusticus,  
 ueluti i iure civili angarię ac per angarię, teutonīs landsture, bern.

Quæ a littera E incipiunt.

**E** dituus, siue editimus, custos tēpli, qui ab officio gramē  
 ti, hoc est cāpanę erometotribe, barbasculis cāpanator,  
 qui basilicanus quoq; dici solet. Sed & editui monachi  
 soli custodes, quorū meminit O seas uates decimo. Et g  
 ditui eius inquit super eū exultauerūt. Lyranus nigros eos religiosos  
 fuisse scribit. Eramētū uero nō cāpana tātū, sed mūdus ille domesticus  
 ex gre qui lucet & tinnit, quē admodū apud Euāgelistas de manuū loti  
 one intralatione uera scribitur. Eltēna, fluius Megapolensiu, teuto  
 nice de Eldenau. Emortalis dies, quo quis moritur. Enophthalmis  
 mus, spectaculū, quo ludi spectantur. Epinitiu, uictoriale, Expiare,  
 purgare. Ex torris exul.

Quæ a littera F incipiunt.

**F** Ascii, sunt libri in quibus nomia sanctorum scribuntur,

*F. D. in an*





At fastis diuorum adscribi, est in numerum deorum referri. Faldera  
 urbs Danorum, inter quos & Sueuos oceani media, quæ uulgo Bam  
 holmum. Est & alia Otfaciorum quæ ab illa cepit, quæ Nigemunster.  
 Et quoniam de holmo diximus. Est holmus sinus oceani, qui & fun  
 dus, & Danis ac finitimis, fund. Inde & Stocholmus urbs Sueuorū  
 oceani, qui Sueden. Fœcialis, nunciū regum, qui barbaris heroldus,  
 parcesantus. Fercula non cibaria, sed miluius siue transitus regū ad po  
 pinam, quibus a discophoris afferuntur, multæ simul patinæ, cibus dif  
 fertæ. Ferculo igitur primo, hoc est missu primo. Inde pro curribus as  
 pud Solomonem, qui fercula legitur ex lignis cædrinis fecisse. Flauis  
 um, ciuitatula Megapolensiū, Plau. Frequentes multi, a quo frequēs  
 auditorium, plenum scholasticulis.

Quæ a G littera incipiunt.



Abaliones, popellus Megapolensiū in saltibus, qui teu  
 tonice Gabelheider. Gadebusum, ciuitatula Megapo  
 lesiū, Gadebuschi. Gabrita, siluæ Hercyniæ pars, Teu  
 tonis der Bemeruualt. Gelatopæi, nāmi illi qui deridi  
 culis ad cachinnum concitant Gelas enim risus ē, a quo  
 agelasus qui raro ridet. Geerna sine h littera scribendum est. Est ues  
 ro gennalocus proxime Solymas, in quo idolum quondam Baal  
 percolebatur, in pede montis qui Mora. Siloe ibi fluit, planiciem ris  
 gans, ualle nemoribus & delitiis uclupe, quo loci imolare hostias, in  
 cendere holocaustomata idolis gentilitas solebat, a qua re Geennon,  
 uallis filiorum. Ennon, ut testantur Paralypomena, libri Regū, ac di  
 uus etiam Hieremias. Comminatur enim deus locum sese completu  
 tum cadaueribus ut non sit amplius Tophet & Baal, sed polyandri  
 um hoc est coemiterium, ubi ætus & frigus habitent. Sic loco dein  
 deserto Geenna infernus creditus. Gentilis duo significat. Eum qui  
 in fide maiorum perisistit, qui ethnicus, teutonice ein ungeloubiger,  
 ein Heyde, pro quo barbasculi paganum accipiunt, quum sit pagas  
 nus uillanus, rusticus. Est enim pagus uicus. Præterea gentilis familie  
 eiusdem ac iuris. Getæ, populus inter Sarmatas. At quum de Danis  
 loquimur tunc e Cimbrorum sunt numero, teutonice Gytlander, quæ  
 admodum Gotus ein gotlander. Gelonus, Tractatus est, authore  
 Vergilio, Plinioque. Gliscerum, ad ipatū, saliare. At de cōuiujs ele  
 gantius dicitur, ac cibus, & cenis ac prandiolis. Gynecum, mulier  
 apud diuites conclaue, teutonice ein frauencymmer, quæ mulie



num ancillulę, pedissequę, climacides, lampodophorę, uestispices,  
ac alię. Gryphosilua, urbs Haricę, hęc est Pomeranorum, quę CL.  
Ptolomęo OVI SEVTICN, Virutium, ubi gymnasiu publicum, quęd nos  
terculis Grypsualdia.

Quę ab H littera incipiunt.



Amippi, sunt equites prodromi, qui & philochori Suedę, teutonice fordbreber. Pedites præterea cum equitibus dispositi, ut sunt testes Thucydides & Xenophon. At quemadmodum hamippi de equibus primi in ecuiãdo, sic de pedibus antesignani & pãmipili dicuntur, surgenger. Harii sunt Tacito Cornelio Pomerani, qui & Venetes, authore eodem, Heruli, populus, qui inter Germanos uetustissimos, apud authores præcos magna in celebratione, uulgo quondam Vuelli, mutata H littera in V duplicem, qui etiamnum Vuertenses dicuntur, olim & Obetrizę, nũc Megapolenses. Herula, arx munitissima olim, Vuera, cuius tantum extat area, ab Herulis condita, regibus famatissimis, haud ita procul Rhostochio. Et inter Herulos olim, ueteres, ac noui, fuere. Veterum memoria apud romanos nota, neoterorum nõ supra annos quadringentos, qui ex Obetrizę, hoc est, Megapolensibus sic uolebãt in posteritatem ueteris nobilitatis nominari, pro quo titulo Megapolenses sese Vandalorum principes prætitulant. Herorum monumentum elatum, authoribus Pausania, Plutarcho, Thucydide Stephano Byzantio, ac etiam Plinio nostro. Hiliuones, populus Megapolensium, comitatus nunc Sueringus. At urbis Suerini pars etiamnum Sciluones a barbaris, teutonice die Schilfe. Higmophylax, custos carceris teste Callisthene. Hiali, populus Boruscorum, qui Glesarii, ubi inuenitur electrum, quod glessum siue hialum, hoc est uitrũ. Hoplomachus, armatus pugnans, magister armorum, teutonice eyn Rostmeister, harnischmeister, quę cecinit Martialis. Hoplomachus nunc es fueras ophthalmicus ante. Holofericę, uestes ex toto soloue serico authore Lampridio. Horcus, iusurandũ, infernus. Hyperbelus, lapis qui summerge dorũ ceruicibus adalligatur, teste Aristophane. Est & ager creditoribus obnoxius, lapidis aut columnę indicio, cui diues sum αστικτον, asticum.

Quę ab littera I incipiunt.



**L**cum, patibulum, quo fontes nunc, olim martyres ex-  
crutiabantur, cuius meminit Thucydides, Romanici ad  
chordas appellitāt, latine surrectum, tabulatum. Illyris,  
Illyria, Illyricum, est Sclauonia nunc, iuxta Venetos. Illi-  
um, arx Megapolensium haud procul Visimaria, teuto-  
nice Ilou. Imponere, est decipere, Impostores, deceptores. Impostu-  
ra, deceptio, Iusta aduerbium, pro pariter.

Quę ab L littera incipiunt.

**L**amyrus, loquax, garrulus, facetus, comis, rythmis ludens,  
teutonice ein lotterer. Latonia lingua Siculorum, carcer. Lea,  
urbs Megapolensium, die Lau. Lemouii, Tacito Cornelio,  
qui Leuonii, Barbaris Liuonienses, teutonice Islander,  
proxime Bructeros. Eisdem Plinius, Helleuiones et Estlu-  
os nuncupat, Quorum Rigia caput. Leucoparyphus, uestibus uili-  
bus idutus. At holoporphyrus, uestibus optimis ornatus. Quare de  
Antipatro Alexander. Extra leucoparyphus, intus holoporphyrus,  
quemadmodum in euangelio Iesus. Qui ueniunt inquit in uestibus  
ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Sunt uero paryphi uirgę  
in tunicis uirgatis purpureę. Leontiū, ciuitas Megapolensium olim,  
in Albis littore, nunc Marcomanni, hoc est Marchiones, Teutonice  
Lentz. Lingobardus latinus haud dubie ex antiquitate quam Lon-  
gobardus, Teutonice ein Lombardier, uel aus Lombardyē. Lingones,  
populus Megapolensium, qui ab urbe Varno nomen nunc tenet, hoc  
est Varnenses, Teutonice die uon Vuaren. Linoges, populus Marco-  
manarum, ac comitatus quidem, Teutonice die uen Lindau, qui & Ru-  
pinenses, die uon Repin. Lirimiris, ciuitatula apud Ptolomeum, in  
confinio Saxonie inferioris, haud procul Luconiis, teutonice Molē. Li-  
tuus, ein Zince, musicum instrumentum recuruum, olim bellicum,  
ein herhorn. Luconiis, sunt Lubecenses, quę urbs in Annalibus & alia  
nomina habet. Lutetii, populus hic Megapolensium, qui uulgo Stas-  
gardi. At Lutetia urbs Gallorum prima, quę Parrhisius, aut potius  
Parrhisiorum.

Quę ab M littera incipiunt.

**M**Aza, panis rigidus, biscotum, authore Aristophane,  
teutonice Zuueybac. Farina item oleo et aqua permixta,  
ut ait Sudas, addito plerunque lacte, Amazonas ergo

Bi



pro pauperibus accipiuntur, quasi non habentes mazam, hoc est panem delicatum, ut interpretatur Eustachius, Homericus. Lacertis enim & testudinibus uesci consuevere, a qua re Sauromatides, quos quoniam conculant pedibus Sauropatides dicuntur. Magale, domuncula, gurgustium, gurgustiolum pastoris, quemadmodum mapale piscatorum. Massilia, urbs Gallie, ubi gymnasium litterarum quondam grecarum celeberrimum, quo mittere pueros suos etiam romani solebant, que urbs adeo euasit clara ut in regnum abierit, Teutonice das reich uon Marsilien, unde a Cosmographistis perperam Marsilia etiam dicitur. Matriaci, uulgo Selandini, Teutonice Seland, iuxta Batavos. Mausoleum, sepulchrum elegantius, ac regium, quale Mausolo fecit Arthemisia coniunx gratissima, unum inter septem mundi miracula. Unde mausoleum Christi, sepulchrum dominicum. Maiuma, romana olim felicitas, qua mense Maio in urbem Hosiama matuinam itabant frequentes, inter aquas uoluptatibus incumbentes, quam res susculit Anacarsi inperator, ut est annotatum a diuo Iuliano Codice libro undecimo. At libris omnibus fere male legitur. Sunt ergo maiuma festa maialia, teutonice Meyenfest. Comes inde maiumet. meyengese, is qui preest sollempnitati. Marionis, urbs Megapolensium auctore Ptolomeo, que Suerinum. Dicitur ante in Marionis altera. Nam Marionis prima est lunenburgum, teste Ptolomeo eodem. Massagite, sunt etiam Massonite, inter Sarmatas, teutonice Masaner. At Massagite alii sunt, illis remotiores. Megapolis, urbs Megapolensium olim maxima, nunc desolata, que noster culis Magnopolis, a qua et Magnopolenses principes appellant, qui Megapolenses sunt nominandi, uulgo Mechelburgenses. Menapii, sunt Iuliacenses, inter Agrippinam, et Aquasgranas, Teutonice Iulicher. Molesta instrumentum, aut tunica sulphurata, qua induuntur fontes, quum ad questiones uocantur, ut fateantur crimina. Meminere Seneca, et Titus Lucretius Carcer, et horribilis de saxo iactus eorum. Verbera, carnifices, robur, pix, laminatæ. Monumentum, aliud est quam sepulchrum. Nam monumentum memorie causa in posterum proditur, ut ait Florentinus iuriscultus, quod tunc fit sepulchrum quum corpus, uel reliquie inferuntur. Erant uero olim monumenta in campo. Nam & Vlpianus iuriscultus poena aureorum quadraginta mulctandos censuit qui in urbe sepulchrum fecissent. Mosci, populus Sarmatarum, qui & Roxalani, cuius Michridates olim rex imperitauit, uulgo Moscobitæ, aut etiam Moscouite, teutonice Moscobiter ader Rusien. Constant uero Mosci tribus populis, qui Colchi, Iberes, Albani, Mosynocci, sunt qui in ar



cibus incubant, tuba canentes, & signa dantes, teutonice, husmēner, turner. Ceterum mosyni sunt turres, teste Apollodoro, ac domus etiam lignea in campis ad specularandum, Teutonice die, Vuartem. Mōspesfulanus, urbs Galliarū, quae Ptolomeo Agatopolis, Teutonice Mōpelier. Mystile, panis ille cui pinsitur canibus. Panes vero illi laeue panice appellatur, e suis fure plerunque teste Festo Femprio.

Quae littera N incipiunt.

**N**eurus, populus Sarmatarum, quia barbasculis Lituanus. Habitat proxime Sclauos, qui sunt Poloni, sub quorum rege nunc agunt, Teutonice Littauer. Neulus, fluvius Megapolensium prope Gustronius, teutonice die Neuel. Norici, germanorum duplices, Nam Norici oceani appellantur Noruuegen. At Norici in germania superiore, oberbeiem, boioarii superiores, uel Norcauer.

Quae littera O incipiunt.

**O**berite, nomen erat ducum Megapolensium, quum reges adhuc essent, Teutonice die Konige der oberiten, quod secundum etymon graecum die bunte rotte, ader garde. Oceanus cimbricus, est mare balthicum, siue baltheau, aut oceanus baltheatus, a cinguli similitudine, Teutonice die Balth. Plinius Accianum appellat, uagum & diffusum, mari nusquam simile. Oporophylacium, locus aut cella in qua reseruantur poma. Oporo theca uero loca ubi fructus omnes tales recunduntur. Ostrogotus, gotus ad orientem incolens, Teutonice die Ostergotte, sicut ad occasum. Vese gotus, ein Vuestergotte.

*Kingi die Obi*

*Antonia  
Ostergotte  
Vuestergotte*

Quae littera P incipiunt.

**P**andesia, conuiuium ingens, adipate, ganeatum, gliscerum, saliare. Palinodiam canere, reuocare errorem, auctore diuo Hieronymo ad Parmachium & Marcellam. Palare, est uerbum militare, quod de exercitu dicitur quum sine ordine it. Dispalari uero est dispergi. Panici, sunt terrores in bello repentini, ueluti italici, la arna, teutonice lerman, lerman. Panicum, inter legumina, auctore Turanio, e quo fit habitia, lacte aut aqua mixta. Est uero panicum inter agros Vandalicos frequens, & inter halis carios loco milii, Teutonice Buch uide. Pantomini, ennuminatatores, aut efficiores, qualis olim sub Domitiano cesare Paris, cuius

Bij



meminit Iuuenalis satyrographus. Pantomimorum uero meminere  
Iulianus iuriconsultus, in lege Si libertus Digestis de operis Liber  
torum, & lex quarta Codice de spectaculis libro XI. Plinius Cecili  
us in Panegyrico, Suetonius in Caligula. Paragiata uestimenta, sunt  
aurea, teutonius guldenstucce Paredrus, assessor, authore in Polyticis  
Aristotele, a quo non dissentit Cicero ad Tyronem libro Epistolarū  
decimo sexto. Sed & assessor dicitur, Panagia, & Panapolia, armatu  
ræ ratio, aut disciplina, lustratio armorum, teutonius Herschou. Parenta  
tiones, κατεσιματα, teutonius begengnis der oten. Pancratiaestes, qui  
ceteros omnes in ludo uincit, quo uerbo utitur Quintilianus libro in  
stitutionum secundo, teutonice der den oberstendang uerdicnet, Pari  
etens, muri antiqui. Parthenopolis, Ptolomeo Meuium, uulgo Mag  
deburgum, metropolis Saxonum. Pedum, baculus pastoralis, ac scis  
pio. Nam & Vergilius in Bucolicis cecinit.

At tu sume pedum, quod quum me sepe rogaret  
Non tulit Antigenes, & erat tum dignus amari,  
Formosum paribus nodis, atque gre Monalca.

Pentathlus, genus ludorum quinque, quorum meminit Paulus iuris  
consultus lege secunda Digestis de Alex lusu. Ludorum præterea eorū  
meminit Plini<sup>9</sup> Propertius, Gelli<sup>9</sup>, Macrobi<sup>9</sup>. Sed & ludos eos Si  
monides poeta uersibus cecinit græcis, qui ciuitate romana sic donate  
Cum disci iactu, saltus pedis, impetus haste.

Atque pale, & cursus, studium fuit omnibus unum.

Athletæ uero & pyctæ nominantur. Pœnus fluuius Megapolensium,  
annalibus Vandalicis perperam panys, teutonice die Peyn, qui oritur  
supra Malachinum. Peribolum, septum, delubrum. Sun enim peris  
bola septa illa quæ arboribus olim & sepibus circumdata, in quibus  
idola colebant, quæ loca & luci, qualem Vergilius cecinit. Peripetals  
mata, sunt tapeza, stromata, peristromata, in templis aut edibus circa  
lectos, teutonice umhang. Phalacri, calui, recalua uli, cani. Phalanti  
quoque caluastri, capite cano. Pharus, facula, quæ λαμπυρα græcis,  
per quam nauigantibus mari signa dantur ex turribus. Phelomata,  
fraudes doli, uafrici, deceptiones, authore Anuphonte. Polymitæ,  
uestes aut tunice uersicolores, quæ nunc dicolores, nunc tricolores, pen  
tacolores, ac etiam polycolores, quales apud FL. Vopiscum, & li  
bro Genesios septimo memorantur, ubi fratres Iosephum legunt ue  
nuisse tunica talari & polymita. Polytelæ, prodigi, qui multa profu  
dunt, teutonius brasser. At enteles, de parcus, teutonius ein hund. Pola  
ti, pars Megapolensium, nunc Raceburgenses, Praga, caput Boie



morum, Ptolomeo Casurgis. Prefectus pretorio, vulgo Marschallus, unus ex electoribus, Saxonum semper dux. Prestigiatores, qui uisum decipiunt, teutonice goicgeler. Profelythus, aduena, a moribus gentilitiis ad legem christianam tractus. Psalterie, mulieres que ad Iyram canunt, aut psalterio, teutonice Lyrerilchen. Psephisma, statutum, reformatio. Sunt & saphismata, stigmata frontu inusta, a thore Eliano, qualis Athenis noctua. Pueri patrini ac matrini, quorum uiuunt adhuc parentes, teste Macrobio, quibus contrarii pupilli, orphansi. Pylorus, custos portę, forium prefectus, ostiarius. Nam pylora est ostiaria, teutonice portener.

Que a littera Q incipiunt.

QVestor imperii, est archicamerarius, qualis Marcomannus.

Que ab R littera incipiunt.

**R**eposcones, rebelles, mali. Rebellio, urbs Megapolensium, prope flauium, teutonice Robel. Rhadagasus, idolum Vandalorum, Rhadagast. Rhetarii, annalibus Vandalicis populus Megapolensium ubi nunc Malachinū. Rudimenta militię deponere, armis melius insuescere.

Sic rudimenta litterarum deponere, pro quo noster culi dicunt uolo deponere, aut deposui, errore manifestario, aut beanium deposui. Deponere ergo rudimenta litterarum, est studia melicta sub authore docto sequi.

Que a littera S incipiunt.

**S**acellanus, capellanus, ut dicunt grammaticarii, quum sit capella, capra parua, sacellum uero templum paruum. Nam & Vergilius in Bucolicis. Sed faciles nymphę risere sacello. Salacii, francones germanorum, qui Franciones elegantius quam francones, nimirum a Francione rege dicti, Cęsari Teciolages, teutonice Erancen. Saloseuicus, urbs Otfaciorum Teutonice Scleseuig, que & Idibum, Hadobothū, Squiscus. Salutigeruli nuncii dominarū, ac renuncii teste Plauto. Tales faciunt aquariolos, pararenchosq;, qui teutonice hanreygen. At iure pseudocucurbitatores actiui sunt, sicut illi passiuu. teutonice die hanreygen machē, Nam cucurbitare uerbum est iuris eius. Sanctaria sunt scrinia secretiora, que & aporetia. Sargatii populus Megapolensium, qui & Stargatii ac Stargardi. Nā Stargardia ducatus illoꝝ est, Stargardier. At ligua Vandalica Stargardia Aldenburgiū. Scandiaua, barbasculis Scandia, & Schona, insula Danor. Sccliu, canticū coniuale. At scholiū interpretatio difficiliū. Inde scholiographi, scoliasse, taliū paraphrasę. Scyrus insula quam cecinit Vergilius.



**Armaiger** Automedon, una omnis Scyria pubes. Est et Scyrus se-  
 pulchrum Homeri in Egeo. Stermatae item nullo ore, nullis naribus.  
 Sarmata plerunque pro Polono, quia rex illorum terrae Sarmatica mul-  
 tum tenet. Sepulchrum tunc fit, quum sunt facta iusta. Vel quum cor-  
 pus infertur, aut reliquie. At Romanis mos erat corpora comburere,  
 quo innuebant uehiculo igneo animum abire in astra, cui solus in no-  
 bis diuinus. Nam sic corpus quia terrenum, in cinere subsideret. **Un-**  
**de illud Memento** quia cinis es & in cinerem reuerteris. Serperastrae,  
 instrumenta puerilia, quibus ludunt, quo fit ut illis puericia lignificetur.  
 Schenobatz, fune ambulantes, die auff dem seyle gaen. **Sicambri**,  
 uulgo Gelri. **Sicambria** Gelria. **Sidini**, authore Ptolomeo sunt qui  
 nunc uulgo Stetini, a quo ducatus Teutonius die Stetiner quo inscribitur  
 dux iclytus Pomeranorum. **Sigipedes**, sunt **Susipedes**, authoribus Iulio  
 Capitolino, in uita Antonini Pii, Orosio, libro sexto, Trebellio, Teu-  
 tonis Siebenburger. **Sirrum**, fossa subterranea, cuniculi, crypte, un-  
 de ire & exire clanculum arces possumus. At **M. Varro** sirros uo-  
 cat ex cauationes ad frumentorum semina. **Siuua**, dea Vandalorum, **Ve-**  
**nus ipsa**, Colebant illam Polabi cum primis & Heruli, a qua dea ciui-  
 tatula quam tunc Siuam, nunc Suan appellant, supra Rhosochium.  
**Sonticus** morbus, grauis, ut & fontica tabes. **Sorabi**, uulgo **Misen-**  
**ses**, ab urbe Misena. **Dicti** uero ante Sorabi ab urbe antiquissima, que  
 Sorabum, Teutonius Czorbicg, in albis littore, e regione Ceruesiorum.  
**Sueuus**, fluuius Marcomanarum, authore Ptolomeo, qui barbasculis  
**Spreuus**, teutonius de Sprehe, Perolinum ac Coloniam dirimes. **Sym-**  
**pinum**, uas uinarij, cyatho simile, aut calici, quo utimur in sacris,  
 ut quondam **Numa Pompilius**, quem cecinit Satyrographus **Iuena-**  
**lis**. Et quis tunc hominum contemptor numinis? aut quis **Sympinum**  
 ridere **Numi**, nigrumque catinum,

Quae littera T incipiunt.



**Anais**, fluuius Scytharum, e Ripheis montibus ortus, **A-**  
 siam ab Europa dirimit, in Pontum fluens. **Tetra**,  
 urbs Megapolitum, Teutonius Tetrau. **Tethradistes**,  
 sep laboriosus. **Thitumeri** ex Ptolomei appendice, sunt qui  
 per a gloriosulis indigenis theomartii appellant, ac **Dimartii**, qui si dii



quibus melius profecto ut se homines quam deos recenserunt, Teu-  
 tonis Ditmersen, insula Saxonū. Turingi, uaria habent nomina apud  
 antiquos. Dicuntur enim Thuriū teste Denato Acciaolo, Tyrigere,  
 Theiphali, Chatti, Viciaoli, & Plinio etiam Cimbri mediterranei.  
 Teutonisduringen. Thrombi, gutte sanguinis concreti, quales nos in  
 Saluatoris. Thymelici, saltatores, teutonituler. Todera, urbs Mar-  
 comanarū, annalibus Vandalicis, uulgo Hauerbergiū. Vnde Tederant  
 antique Hauerbergenses Trabea, uestis consularis, senatoria, nunc  
 & de storalis, cuius meminit Macrobius, Gelius, Plinius. Trauus,  
 fluius Luconiorum, Teutonice de Traue, a quo Trauamunda ciui-  
 tatula oceanitima, Tramyn de Teutonit. Tributū Cesaris, urbs Po-  
 meranorum, que Teutonit Trebesz, a seruate olim ibi tributo. Trece-  
 nus, questiculus, lucrum paruum, cui contrarium questus uber, teste  
 Varroae. Trice, sunt fraudes, tendicula, laqueus, decipula, Triona-  
 ria, uestes pretenues, forenses, tricliniarie, cotidiane. Thyinus, piscis  
 magnus, teutonice ein thinne, a quo iure ciuili thinnoscopium. Tycho-  
 phylaces, custodes murorum teste Iulio Polluce. Tullentius, fluius  
 Megapolensium, Teutonit die Tollentz, iuxta Brandoburgium.  
 Tullianum olim carcer romanus Tullii Hostilii, nunc ubique, ut est  
 author Apuleius. Tulisurgium urbs Saxonum teste Ptolomeo, que  
 uulgo Brunopolis, & Vicus brunonis, Teutonit Brunsuuige. Tyle,  
 insula oceani, a Cosmographistis Islandia, de qua Vergilius Tibi ser-  
 uiat ultima Tyle. Tympanotribz, teutonice Puccen, ader trommeschle-  
 ger. Fiebant olim ex ere, nunc e corio plerunq; quod instrumentum  
 buccinum, & ceryx.

Quae littera V incipiunt.



Agirus, annalibus Vandalis, Ostacius, hoc est ein Hols-  
 steter. Vandalus cis Vindum incolit, ein Vuende, Scla-  
 uus ultra, qui polonus. Vangiones, sunt Vuormacienses,  
 iuxta Nemetes hoc est Spirenses Rheni Varna fluius  
 Megapolensium, teutonice die Vuame, a quo Varna-  
 munda, ciuitatula que Vuainemynde. Velatabi, pyrate olim ex Nori-  
 cis oceani, e quibus Normannorum in Gallia origo. Velulus, mons  
 Italiae, e quo oritur Padus, in Lingonum finibus, hoc est Florentinoze  
 Veredarii, nuncii italici, teutonit postbaden, uelocissimi, equos mu-  
 tantes. Velus, pro Vesogoto, ein Vuestergott. Vicus bardorum, siue  
 Bardoropolis, urbs Saxonum antiquissima, ubi episcopus us tempo-  
 ribus Petri, teutonice Barderuic. Videli, qui & Videlici, q ad Vidu-  
 icolūt, hoc est Oderā fluiū. q Cosmographistis coecutiētib<sup>9</sup> Viad<sup>9</sup>



Et sic Vindelici duplices teste Plinio, O derer, & hoichsuaben: Vi-  
tungi, Roxalani, Russi. Vistula fluvius Bructerorum, Gythoniū pre-  
terfluit, hoc est Dantiscum. Sunt enim Gythones Dantisci, teste Cor-  
nelio Tacito. Fluvius vero ille & Iustillus ac gutallus, cuius Pom-  
ponius Mela meminit. Viuidarii, sunt qui Gythones Boruscorum, teu-  
tonice Danzger. Ungula tormentum quo fontibus carnes exungulā-  
tur, testibus Cypriano, Eusebio, Tertulliano, Victaoli, sunt Thurin-  
gi, teste Eutropio, & pyratae quoque. Volones, qui sponte sequuntur,  
quales serui bello punico secundo, teste Macrobio.

τελος.

### Emendanda in Annalibus.

- In praefatione non Palephatus, sed Palepaphatus.
- Libro primo C. VIII. non Bephotrophia, sed brephotrophia.
- Libro secundo C. XI. non Federicus, sed Dedericus legendum, qui  
Subefilius.
- Non Butes filius Veneris, sed amastius.

τελος

*[Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*



175651

AB 175651

ULB Halle 3  
002 709 988



TA → OL









statuere, ubi auræ sincera,  
i, nō deū em̄ sed loci criā



Commentariolus Annalium He  
rulozum, siue Regapolensium



culo cōstitutor, sponsor,

